Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Prauneggen haissen vnd nennen Cassen A. D. 1256, als er zu Prauneggen sich aufgehalten, hat er dem Closter Wilthau die Pfarr Ampass geben, mit allen rechten vnd gerechtigkeiten etc. Facta est autem hac donatio apud Brunecke anno D. 1256. Ind. 14 Septimo Kal. Nouembris. Ante annum igitur 1256 condita est Brunecka: an autem restaurata solum, quod indicare videtur Burglehner? Sed nihil constat, nullam antea vrbem idem exstitisse.

488) Constructum fuisse castrum Petrimontanum hoc saeculo XIII, inde videtur colligi, quia tunc Falum nominabatur ~~ca~~ Novum castrum, alias vero et sequentibus saeculis semper Nomen S. Petri appellatur. Id pertinuisse ad Nobiles de Schwangau abbis ad Comites Kirchbergios pervenisse docet diploma e Tabulario Brixiensi a Cl. Lesichio communicatum, hujus tenori.

B. (Bruno) Dei gratia Brixiensis Ecclesiae Episcopus. Universis hanc paginam intuentibus salutem in Domino. Vtilitas exposcit Scripturarum, ne memoria fugiat praeteritorum quod in praesenti ab hominibus actitatur. Hinc est quod praesentium adnotatione volumus ad notitiam venire singulorum, quod Dominus Chuonradus de Swangow nostri in praesentia sua de spontanea voluntate abrenunciavit omni juri, quod vtrae vel alique tempore in Novo Castro habere videbatur. Id etiam cunctis innotescat, fratres nostros Eberhardum et Chunradum Comites de Kirchpere Dominos dicti castri ibidem in turri exteriori praefatum Chunradum hunc castellanum esse fecisse. Qui fratribus nostris eisdem compromittens, se in dicto loco fideliter mansurum assidue, vel alterum ipsis fidelia servitia exhibentem ibi locari secundum fratrum nostrum (S. aostrorum) ac suorum haeredum voluntatem, neque aliquam aliud faciendo recedere a loco, vel alium substituere sine suorum verbi licentia et consensu, pro hoc equidem fratres nostri memorati unam cunam sitam in villa Silz et duo plaustra vini annuatim persolvenda eidem pro feudo contulerunt. Vt autem id factum ratum permaneat, praesentem cedulam rogatu vtrorumque tam fratrum nostrorum quam Chuonradi aut dicti cum appositione sui sigilli nostri sigilli minime fecimus roborari. Huius rei testes sunt Dominus Comes Otto de Kirchpere. Eberhardus de Rychaym. Sifridus de Tarmasingen. Hermannus de Rudegerus. Ludwicus fratres de Geisingen. Marquardus de Bege. Churadus de Vderia. Anselmus junior de Justingen. Gebhardus de Starchenbuch. Sifridus de Starinbaim. Vlricus Gajer de Tyrol. Merchilinus scriba, et alii quam plures. Acta sunt haec in castro Kirchpere anno domini Millesimo ducentesimo LV. die Mercurii in vigilia ascensionis III Nonis Maij. ✠ Sigilla pendent duo, alterum rotundum Brunonis episcopi ✠ Sigillum. Brunonis. Dei Gratia. Brixiensis. Episcopi. alterum triangulum scutum exhibens cygnum ✠ S. Cunradi. de. Swangow. Vide infra Addit. 68.

Duces Boicos, abeisque ad Eschenlochios Comites pervenisse, scribit Burglehner t. III, c. 18, c. 7: Die Herschafft S. Peterberg im Tyrolischen gebürg gelegen, war vor drithalb hundert Jahren ain Bayrisch Camergut, vnd hat Herzog Ludwig in Bayern solche verkhauft seinem Schwagern Graff Berchtolden von Eschenloch, im Jahr Christi 1273 (error certe est in numero, scribendumque fuit 1273 loco 1272 vel MCCLXXIII loco MCCLXXIII, ut de inceps palam fiet). In disem Kauffbrief wirdt das Schloss intitulieret, das newe Schloss zue S. Peterberg im Gebürg. Dann so hat Hainrich von Eschenloch sein Brueder, die Herrschafft Hertenberg khaufft. Dergleichen sein die Grauen von Eschenloch, in das Yttthal khommen. ~~Alias Altamont non tin retinuit Montem S. Petri Bertholdus sed Vlricus Comes de Vltimis et Eschenloch~~ ~~Ancora vt~~ ~~eundem effit. Apud eiusdem Ecclesiae Brixiensis donatus, ab ha vero Schwangouis primum, deinde Kirchbergiis feudum concessus est: vti~~

Quasi vera sint: non tin retinuit Montem S. Petri Bertholdus: sed Vlricus Comes de Vltimis eundem effitcedendum, Antipo le a quo Ecclesia Brixiensis donatus, ab hac vero Schwangouis primum, deinde Kirchbergiis feudum concessus est: vti